



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtru[m] religio sit virtus? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38762**

427

*Vtrum religio sit virtus?*

**A**D secundum sic proceditur. Videtur, quod religio non sit virtus. Ad religionem enim pertinere videtur, Deo reuerentiam exhibere. Sed reuereri est actus timoris, qui est donum, ut ex supra \* dicitur. Ergo religio non est virtus, sed donum.

**¶ 2** Præterea, Omnis virtus in libera voluntate consistit: unde dicitur habitus electivus, vel voluntarius. Sed sicut dictum est, ad religionem pertinet laetitia, quæ seruitutem quamdam importat. Ergo religio non est virtus.

**¶ 3** Præterea, Sicut dicitur in 2. \* Ethicor. Aptitudo virtutum inest nobis à natura: unde ea quæ pertinent ad virtutes, sunt de dictamine rationis naturalis. Sed ad religionem pertinet cæremoniam diuinæ naturæ afferre: cæremonialia autem, ut dictum est supra, non sunt de dictamine rationis naturalis. Ergo religio non est virtus.

**SED** contra est, quia connumeratur alijs virtutibus, ut ex præmissis patet.

**RESPONDEO** dicendum, quod sicut supra dictum est, virtus est quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Et ideo necesse est dicere omnem actum bonum ad virtutem pertinere. Manifestum est autem, quod reddere debitum alicui, habet rationem boni: quia per hoc quod aliquis alteri debitum reddit, constituitur in proportionem conuenienti respectu ipsius, quasi conuenienter ordinatus ad ipsum. Ordo autem ad rationem boni pertinet, sicut & modus & species, ut per \* Aug. patet in libro de natura boni. Cum ergo ad religionem pertineat reddere honorem debitum alicui, scilicet Deo, manifestum est, quod religio virtus est.

**Ad primum** ergo dicendum, quod reuereri Deum est actus doni timoris. Ad religionem autem pertinet facere aliqua propter diuinam reuerentiam: unde non sequitur, quod religio sit idem quod donum

**Ad secundum** dicendum, quod reuereri Deum est actus doni timoris. Ad religionem autem pertinet facere aliqua propter diuinam reuerentiam: unde non sequitur, quod religio sit idem quod donum

**Ad tertium** dicendum, quod reuereri Deum est actus doni timoris. Ad religionem autem pertinet facere aliqua propter diuinam reuerentiam: unde non sequitur, quod religio sit idem quod donum

**Ad quartum** dicendum, quod reuereri Deum est actus doni timoris. Ad religionem autem pertinet facere aliqua propter diuinam reuerentiam: unde non sequitur, quod religio sit idem quod donum

time-



timoris, sed quod ordinetur ad ipsum sicut ad ali-  
quid principalius. Sunt enim dona principaliora vir-  
tutibus moralibus, ut supra \* habitum est.

9.9. ar. 1.  
ad 3. &  
1.2. q. 68.  
ar. 1.2.3.  
& 4.

Ad secundum dicendum, quod etiam servus potest  
voluntarie exhibere domino suo quod debet: & sic  
facit de necessitate virtutem, debitum voluntarie  
reddens. Et similiter etiam exhibere Deo debitam  
servitutem potest esse actus virtutis, secundum quod  
homo voluntarie hoc facit.

Ad tertium dicendum, quod de dictamine ratio-  
nis naturalis est, quod homo aliqua faciat ad reue-  
rentiam diuinam. Sed quod hæc determinate faciat  
vel illa, istud non est de dictamine rationis natura-  
lis, sed de institutione iuris diuini, vel humani.

ARTIC. III.

*Utrum religio sit una virtus?*

428

**A**D tertium sic proceditur. Videtur, quod reli-  
gio non sit vna virtus. Per religionem enim or-  
dinamur ad Deum, ut \* dictum est. In Deo autem est  
accipere tres personas, & iterum multa attributa,  
quæ saltem ratione differunt. Diuersa autem ratio  
obiecti sufficit ad diuersificandum virtutes, ut ex su-  
pra dictis patet. Ergo religio non est vna virtus.

Inf. ar. 4.  
ad 1. &  
2.  
\* a. 1. hu  
in q.

¶ 2. Præterea, vnius virtutis vnus est actus. Habi-  
tus enim distinguuntur secundum actus. Religionis  
autem multi sunt actus, sicut colere, & seruire, voue-  
re, orare, sacrificare, & multa huiusmodi. Ergo reli-  
gio non est vna virtus.

† q. 50. a.  
2. ad 2.  
& q. 47.  
ar. 5. &  
q. 23. a. 4  
& 3.

¶ 3. Præterea, Adoratio ad religionem pertinet.  
Sed adoratio alia ratione adhibetur imaginibus, &  
alia ipsi Deo. Cum ergo diuersa ratio distinguat vir-  
tutes, videtur quod religio non sit vna virtus.

SED contra est, quod dicitur Ephe. 4. Vnus Deus,  
vna fides. Sed vera religio protestatur fidem vnius  
Dei. Ergo religio est vna virtus.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra  
habitum \* est, habitus distinguuntur secundum diuer-  
sam rationem obiecti. Ad religionem autem perti-  
net

in loc. cō-  
tatis ar-  
gum. 1.